

166.

Johannes Fabri von Forchheim, Rektor der Universität, fordert sämtliche Universitätsangehörige auf, der für Papst Sixtus abzuhaltenden feierlichen Messe de spiritu sancto in der Paulinerkirche beizuwohnen. 1472 Sept. 8.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 1092 fol. 339.

5

Iohannes Fabri de Furchem, artium liberalium magister, prepositus in Molberch, canonicus ecclesie collegiate sancti Georgii in Oldenberch, collegiatus collegii maioris, rector alme universitatis studii Liptzensis.

Quia sanctissimus dominus noster papa Sixtus rectorem universitatis studii Lyptzensis per suam bullam nuper exhortatione apostolica requisivit^a), ut per celebrationem misse de spiritu sancto preces suas porrigat, humiliter supplicando, ut sibi ulteriorem gratiam largiatur, qua roboratus possit officium sibi iniunctum ad laudem sui nominis, exaltationem fidei, extirpationem heresum, pacem Christianorum, debellationem perfidorum Turcorum fideliter exercere secundum quod eadem canit bulla, nos huiusmodi tam pia exhortatione permoti, ut iussis apostolicis pareamus, mandamus omnibus et singulis nostre universitatis suppositis tam graduatis quam non graduatis, quatenus cras hora octava huiusmodi misse in ecclesia sancti Pauli celebrande intersint, oblationem faciant et inde nisi hac finita non recedant, sub pena quatuor grossorum universitati irremissibiliter persolvendorum. Datum ipso die nativitatis Marie anno domini 1472. rectoratus nostri sub sigillo.

20

Sub x grossorum pena presentia nullus deponat.

167.

Der Rektor der Universität wird angegangen, bei dem Bischof Tilo von Merseburg gegenüber den Bauern in Lindenau, welche Studenten thätlich angegriffen und verletzt haben, die Rechte der Universität zu wahren. 1473 Juli 14.^a) 25

Hdschr.: Stadtbibliothek Leipzig Cod. mscpt. Rep. II, 10^a fol. 263.

Venerabilis d. rector. Uti d. v. constat quod certi studentes huius universitatis et precipue hic astantes a laycis et clericorum persecutoribus villagii Lindenaw die Mercurii proxime preterita contra deum et iusticiam acriter vulnerati et mutilati existunt, ultra hoc nos apud r. in Christo p. et d. dominum Tilonem episcopum Merßburgensem iniuste accusantes, ut ipsorum temeraria manuum iniectio in clerum videretur innocencia clarere nosque cum ipsorum sinistris et salva honestate mendosis denunciacionibus in iusticia nostra opprimere cupientes, ne sic denunciati pro reis et convictis habeamur et ipsi sic delinquentes impuniti discedant ceterisque animus clericos ledendi detur et audacia, et

166. a) Vergl. No. 160.

167. a) Das Datum: 1473 in crast. s. Margarethe ist am Rande geschrieben.